



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Sacrosancti Et Oecvmenici Concilii Tridentini, Pavlo III.
Ivlio III. Et Pio IV. Pont. Max. celebrati, Canones Et
Decreta**

Tridentinum <1545-1563, Trient>

Coloniae, 1615

Laicos & clericos non conficientes, non astringi iure diuino ad
communione[m] sub vtraque specie.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42415

SESSIO XXI.

QVAE EST QUINTA.

SVB PIO IV. PONT. MAX.

CELEBRATA DIE XVI.

IVLII, M. D. LXII.

Doctrina de Communionem sub vtraque
specie, & paruulorum.

*S*acrosancta & ecumenica, & generalis Tri-
dentina Synodus, in Spiritu sancto legitime
congregata, presidentibus in ea eisdem Aposto-
licae Sedis Legatis, cum de tremendo, & san-
ctissimo Eucharistiae Sacramento varia di-
uersis in locis errorum monstra & equissimi De-
monis artibus circumferantur, ob quae in non-
nullis prouincijs multi à Catholica Ecclesiae fi-
de, atque obedientia videantur discessisse; cen-
sui, quae ad communionem sub vtraque spe-
cie, & paruulorum pertinent, hoc loco expo-
nenda esse. Quapropter cunctis Christi fidelibus
interdicit, ne post hac de ijs aliter vel credere,
vel docere, vel praedicare audeant, quam est
his decretis explicatum, atque definitum.

Laicos, & Clericos non conficientes, non
astringi iure diuino ad Commu-
nionem sub vtraque
specie.

Itaque sancta ipsa Synodus, à Spiritu sancto,
 qui spiritus est a Sapientie & intellectus,
 spiritus consilij, & pietatis, edocta, atque ipsius
 Ecclesie b iudiciū, & consuetudinem secuta,
 declarat, ac docet, nullo diuino præcepto lai-
 cos, & Clericos non conscientes, obligari ad
 Eucharistiæ Sacramentum sub vtraque specie
 sumendum; neque vlllo pacto, salua fide dubita-
 ri posse, quin illis alterius speciei Communio ad
 salutem sufficiat. nam & etsi Christus Dominus
 in vltima cœna venerabile hoc Sacramentum
 in panis, & vini speciebus instituit, & Aposto-
 lis tradidit; non tamē illa institutio, & tradi-
 tio eò tēdunt, vt omnes Christi fideles statuto
 Domini ad vtramque speciem accipiendam a-
 stringantur. Sed neque ex sermone illo apud To-
 annem sexto, rectè colligitur, vtriusq; speciei
 Communione à Domino præceptam esse, vi-
 eumque iuxta varias sanctorum Patrum, &
 Doctorū interpretationes intelligatur. namq;
 qui dixit, d Nisi manducaueritis carnem filij
 hominis, & biberitis eius sanguinē, non habe-
 bitis vitam in vobis: dixit quoque: e Si quis
 manducauerit ex hoc pane, viuēt in æternum:
 Et qui dixit, f Qui manducat meam carnē, &
 bibit meum sanguinem; habet vitam æternā:
 dixit etiam: g Panis, quem ego dabo, caro mea
 est pro mundi vita. Et deniq; qui dixit, h Qui

a Isai. 11.
 b Concil.
 Constāti-
 en. Sess.
 13. infra
 can. 2.

c Mat. 26.
 Marc. 14.
 Luc. 22.
 1. Cor. 11.

d Ioan. 6.

e Ibidem.

f Ibid.

g Ibid.

h Ibid.

man-

manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, in me manet & ego in illo: dixit nihilominus: a Qui manducat hunc panem, viuet in eternum.

a Ibid.

Ecclesiæ potestas circa dispensationem Sacramenti Eucharistiæ.

CAPVT II.

PRæterea declarat, hanc potestatem perpetuò in Ecclesia fuisse, vt in Sacramentorum dispensatione, salua illorum substantia, ea staret, vel mutaret, que suscipientium utilitati, seu ipsorum Sacramentorum venerationi, pro rerum, temporum, & locorum varietate, magis expedire iudicaret, Id autem Apostolus nõ obscure visus est innuisse, b cum ait: Sic nos existimet homo, vt ministros Christi, & dispensatores mysteriorum Dei, atque ipsum quidem hac potestate vsum esse, satis constat, cum in multis alijs, tum in hoc ipso Sacramento, cum ordinatis nonnullis circa eius vsum: c Cetera, inquit, cum venero disponam. Quare agnoscens sancta Mater ecclesia hanc suam in administratione Sacramentorum auctoritatem, licet ab initio Christiane religionis non infrequens vtriusq; speciei vsus fuisset, tamen progressu temporis, latissimè iam mutata illa cõsuetudine, grauib. & iustis causis adducta, hanc cõsuetudinem sub altera specie cõmunicandi d approbauit, & pro lege habendam de-

b I. Co. 4.

I. Cor. 6.

c I. Co. 10.

d Conci.

Constan.

Sess. 13.

creuit